UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cl. Viri Valerii Andreæ Desselii In Academia Lovaniensi Professoris Regii Erotemata Juris Canonici

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

XXXII. De officio Iudicis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62934

Visual Library

Habentne juriſdictionem Archiepiſcopi in ſua provincia Epiſcopos, aut eorum ſubditos?

Habent quidem in Epiſcopos omnes ſuæ provinciæ, verùm in eos, qui in provincia Epiſcopis ſubjecti ſunt, juriſdictionem in prima inſtantia, id eſt ante appellationem, non habent, ſed demùm causâ per appellationem ad eos devolutâ: niſi aliàs vel conſuetudine, vel ex privilegio juriſdictionem in eos acceperint. Unde nec cogere Suffraganeum alicui ſubditum Archiepiſcopus poteſt, ut cauſſæ alicujus delegationem invitus ſuſcipiat.

c. 8. & 9. h. t.

d. c. 9. c. Paſtoralis 11. eod. c. 8. § fin. inf. de exceſſ. Prælat.

De officio Judicis.

TIT. XXXII.

Superiùs actum fuit de diverſorum Judicum, ut Delegati, Legati & Ordinarii officiis & poteſtate in ſpecie, hic exponitur officium Judicis in genere.

Quis dicitur Iudex?

IUdex eſt, qui publicam habet de cauſſis & cognoſcendi & judicandi pote-

poteſtatem, quam appellant juriſdi-ctionem, vocabulo juriſdictionis late ſumpto.

l.1. D. de juriſd. c. 1. h. t. c. 3. ſup. de poſtul. Prǣl. & l. un. l. C. Vt quæ deſc. advoc part c. 2. h. t.

Quod eſt officium Iudicis?

Eſt poteſtas litis dirimendi, puniendi, aliaque gravamina tollendi. Nam pleraque alia ad officium judicis ſeu jus dicentis (quod latiſſimum eſſe ſcribit I. C.) pertinere dicuntur, tam extra judicium, quàm in judicio: ut cum litiganti, qui caret Advocato, dat Advocatum; cùm ſupplet ea, quæ vel partibus & Advocatis partium deſunt; cùm petentibus judicium ſeu actum Juſtitiæ, veluti reſtitui in integrum, impendit officium ſuum nobile.

Quotuplex igitur eſt officium Iudicis?

Duplex, Nobile & Mercenarium. *Nobile* dicitur, quod per ſe ſtat & imploratur, nec ulli actioni ex præſcripto ſubſervit: veluti dum ſponte ſua judex ne turbetur. Reſp. inquirit & punit malefactores. Item dum non ſponte, ſed ad petitionem, nobili ſuo officio, minorem ætate lapſum, aut Eccleſiam per ſuos adminiſtratores aut procuratores contrahendo ejus nomine læſam, in-

c. Qualiter 24. inf. de accuſ.

c. 2. h. t. dixi ad

int-

integrum reſtituit, ſive pars contradicat, ſive non. *toto tit. D. De minoribus & inſ. De reſtit. in integrum. Dixi ad Inſtit. De offic jud.*

Inſtit. tit de off jud.

Mercenarium Judicis officium dicitur, quod actioni propoſitæ ſubſervit, ut ſcilicet inſtituta actio meliùs procedat, & exitum ſuum habere poſſit. Ita ex mercenario judicis officio pendet, ut jubeat judex reum ſatisdare judicatum ſolvi: item alieno nomine experiri judicio volentem cogere, ut ſatiſdet, dominum, ad quem res pertinet, ratum habiturum, quidquid in judicio ejus nomine egerit.

toto tit. D. Iudic. ſol. & t. ratam rem hab.

De majoritate & obedientia.

TIT. XXXIII.

Ex eo quod in Eccleſiaſtica Hierarchia ſeu ſacro Magiſtratu judicum alii aliis ſunt majores; reſultat quædam præeminentia, quæ hic dicitur *Majoritas*, ratione cujus qui minor eſt, obligatur majori ad *obedientiam*.

Quid igitur eſt Majoritas?

Eſt prærogativa, qua quis aliis eſt dignior

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN